



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 24. Septem Archiepiscopi, & totidem Episcopi a Cardinalibus in laboris  
subsidiū vocati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. XXIV.

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

*Septem Archiepiscopi, & totidem  
Episcopi a Cardinalibus in la-  
boris subfidiu vocati.*

**P**ostra congregations interrumpeban- *Nicol. Psal.*  
tur, usquedum ambo Cardinales *Pig. 366.*  
ad id deputati Decretum, & Canones *Pallav. cap.*  
circa Residentiam emendaſſent, ac *14. n. i.*  
perfeciffent: unde in hujus laboris fo-  
cios ſibi die vigesima Januarii felige-  
bant septem Archiepiscopos, totidem-  
que Præfules: porro inter Archiepi-  
scopos nominabantur Georgius Drasco-  
vitius Croatus, Episcopus Quinque-  
ecclesiensis, Orator Cæfareus pro Re-  
gno Hungariæ, necnon Daniel Barba-  
rus, Venetus, electus Patriarcha A-  
quilejensis, & Petrus Antonius de Ca-  
pua, Neapolitanus, Archiepiscopus Hi-  
druntinus, Petrus Guerrerus, Hispanus,  
Archiepiscopus Granatenſis, ac  
denique Bartholomæus de Martyribus,  
Lufitanus, Ordinis Prædicatorum Ar-  
chiepiscopus Bracarensis. Seligeban-  
tut etiam Joannes Baptista Castaneus,  
Romanus, Archiepiscopus Rossanen-  
sis, Leonardus Martinus, Genuenſis,  
Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus  
Lancianensis. Ex Episcoporum ordine  
nominati fuere ſequentes: Ægidius Fu-  
ſcarius, Bononiensis, Episcopus Muti-

D 2 nensis:

**Sæcul. XVI.** nensis: Urbanus Vigerius de Ruere,  
**A. C. 1563.** Genuensis, Episcopus Senogaliensis,  
 necnon Franciscus Blanco, Hispanus  
 Episcopus Auriensis, atque Antonius  
 Augustinus, Hispanus, Episcopus Iler-  
 densis, Hugo Boncampagnus, Bono-  
 niensis, Episcopus Vestanus, Marti-  
 nus Corduba de Mendoza, Hispanus,  
 Ordinis Prædicatorum, Episcopus Der-  
 tusensis, ac denique Nicolaus Psalmæus  
 Virodunensis Episcopus. Hi ergo qua-  
 tuordecim Præfules vespere in Lotha-  
 ringii Cardinalis ædibus convenerant,  
 ubi eis novum decretum de residentia  
 proponebatur, ut de eo suam quisque  
 sententiam ediceret. Feria sexta, seu  
 die vigesima secunda ejusdem Mensis  
 rursus conventum habebant, & quam-  
 quam Archiepiscopus Hydruntinus il-  
 los, qui non resident, peccato mortali  
 obnoxios esse nunquam admittere vo-  
 luerit, ac Dertusensis Antistes oppone-  
 ret, nullam deputatis esse conficiendi  
 novi Decreti potestatem, fuit tamen  
 conclusum, ut quisque acciperet exem-  
 plar hujus Decreti ad deliberandum  
 super eo, atque interim adferrentur in  
 medium vota Patrum per Secretarium,  
 ut cognoscere possent deputati, in qui-  
 bus præsentes pro majori parte con-  
 sentirent, vel dissentirent.

§. XXV.